Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Cobabus Johannes Rieder

Disputatio Quarta Theologica De Persona Christi : In qua Sequentes Theses & Quaestiones

Rostochi[i]: Richelius, 1646

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738047430

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Vert. M. Cobabus. Praeses: J. Cothmann
R. U. theol. 1646.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738047430/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738047430/phys_0002
DFG

26.

Diſputatio Quarta
THEOLOGICA
De
PERSONA CHRISTI:
In qua
Sequentes Theſes & Quæſtiones,
Spiritus Sancti ductu & gratiâ

DIRECTORE

JOHANNE COTHMANNO

SS. Theol. D. & Profeſſore celeberrimo,

PRÆSIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternberga Megapolitano,

Publico examini ſubjicit

JOHANNES Rieder/

SvinfurtenſisFrancus.

Ad diem 30. Maji in Auditorio Unicornis horis antemeridianis.

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr. Anno 1646.

Theſis I.

NEceſſarium eſt, ut is, qui vult ſalvus eſſe, credat fideliter Domini noſtri Jeſu Chriſti incarnationem.

II. Fides recta eſt, ut credamus, & confiteamur, quòd Dominus noſter Jeſus Chriſtus Dei filius ſit Deus, & homo.

III. DEUS eſt ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus, & homo ex ſubſtantia matris in ſeculo natus.

IV. Perfectus eſt DEUS, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

V. Æqualis eſt Patri ſecundum divinitatem; minor eſt Patre ſecundum humanitatem.

VI. Qui licèt DEUS ſit, & homo: non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.

VII. Unus autem eſt non converſione Divinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

VIII. Unus omnino non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ.

IX. Sicut anima rationalis & caro unus eſt homo: ita DEUS & homo unus eſt Chriſtus, qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos, tertiâ die reſurrexit à mortuis, adſcendit ad coelos, ſedet ad dextram Dei Patris omnipotentis, inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.

QVÆ-

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

QVÆSTIONES,
contra
I. MANICHÆOS.

An Chriſtus non fuerit in carne verâ; ſed ſimulatam ſpeciem humanis ſenſibus præbuerit, & fictè tantùm vel imaginariè fuerit paſſus, crucifixus, & mortuus? N.

II. PHOTINIANOS.

I. *An inter impoßibilia ſit numerandum, quod idem Chriſtus ſit Deus & homo?* N.

II. *An Chriſti generatio ex eſſentia Patris ſit impoßibilis?* N.

III. *An Chriſtus dicatur Dei filius non propter æternam generationem; ſed quòd talis ſingulari Dei gratiâ ſit factus, & propterea non naturalis, ſed adoptivus Dei filius vocandus?* N.

IV. *An Chriſtus creaverit cœlum & terram?* A.

V. *An Chriſtus ſit Deo æqualis non tantùm in virtute, ſed etiam in natura?* A.

VI. *An Chriſtus fuerit in deſerto cum populo Iſraelitico?* A.

VII. *An ex noſtra de Divinitate Chriſti aſſertione ſequatur, Chriſtum non eſſe verum hominem?* N.

VIII. *An fides noſtra non terminetur in Chriſto, qui eam ſibi non arroget; ſed per ipſum dirigatur in Deum tanquam altißimum?* N.

IX. *An Chriſtus fuerit in cœlo, antequam natus eſt ex Maria virgine?* A.

X. *An Chriſtus propria virtute fecerit miracula, & propria virtute reſurrexerit?* A.

XI. *An Chriſtus præcipuam ſuæ potentiæ & virtutis partem acceperit pro obedientia, quam Patri præſtitit?* N.

XII. *An ad eſſentiam hominis requiratur, ut ſit perſona humana, & habeat ſuam peculiarem ſubſiſtentiam vel perſonalitatem?* N.

III. PONTIFICIOS.

I. *An Bellarminus Doctorem Brentium potuerit accuſare Neſtorianiſmi, quòd dixerit, Filius Dei aſſumſit filium hominis?* N.

II. An

II. An communicatio idiomatum ſit realis non reſpectu ipſarum naturarum, ſed tantùm reſpectu hypoſtaſeos utriusq; naturæ? N.

IV. ANABAPTISTAS.

An Jeſus Chriſtus non ſit ex carne & ſanguine, vel ex ſubſtantia Mariæ, ſed carnem & ſanguinem è cœlo attulerit? N.

V. CALVINIANOS.

I. An unio perſonalis ſit definienda vel per adjunctionem, vel ſuſtentationem, vel geſtationem carnis in perſona τοῦ λόγου? N.

II. An Filius Dei aſſumſerit humanam naturam, ut pro omnium hominum peccatis ſatisfaceret? A.

III. An prædicatio humanorum de Deo, & divinorum de homine, quantum ad naturas, ſit verbalis? N.

IV. An propoſitiones illæ, in quibus propria utriusq; naturæ prædicantur de Chriſti perſona, ſint explicandæ per ejusmodi ἀλλοίωσιν, quâ per nomen perſonæ ſubjecti loco poſitum intelligatur tantùm illa natura, cujus proprium in prædicato exprimitur? N.

V. An itaq; hæc propoſitio: Chriſtus mortuus eſt, ita ſit explicanda: natura tantùm Chriſti humana, quæ in ipſa Chriſti perſona conſideratur, mortua eſt? N.

VI. FLACIANOS.

An humana Chriſti natura ſit ejusdem ſpeciei cum natura, quam Adamus habuit poſt lapſum? A.

VII. JESUITAS.

An ordinis vel Societatis illius membra, quam nomine Jeſu inſigniunt, rectè nominari poſſint Jeſuitæ à nomine Jeſu? N.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738047430/phys_0008
DFG

QVÆSTIONES.

contra

I. MANICHÆOS.

*An Chriſtus non fuerit in carne verâ; ſed ſimulatam ſp… ſen-
ſibus præbuerit, & fictè tantùm vel imaginariè … cru-
cifixus, & mortuus?* N.

II. PHOTINIANOS.

I. *An inter impoßibilia ſit numerandum, quod idem …* &
homo? N.

II. *An Chriſti generatio ex eſſentia Patrū ſit impoßibi…*

III. *An Chriſtus dicatur Dei filius non propter æterni… ns;
ſed quòd talis ſingulari Dei gratiâ ſit factus, & … na-
turalis, ſed adoptivus Dei filius vocandus?* N.

IV. *An Chriſtus creaverit cœlum & terram?* A.

V. *An Chriſtus ſit Deo æqualis non tantùm in virtu… na-
turæ?* A.

VI. *An Chriſtus fuerit in deſerto cum populo Iſraelitic…*

VII. *An ex noſtra de Divinitate Chriſti aſſertione ſequ… non
eſſe verum hominem?* N.

VIII. *An fides noſtra non terminetur in Chriſto, qvi e… et;
ſed per ipſum dirigatur in Deum tanquam altiß…*

IX. *An Chriſtus fuerit in cœlo, antequam natus eſt ex …* A.

X. *An Chriſtus propria virtute fecerit miracula, & pr… ſur-
rexerit?* A.

XI. *An Chriſtus præcipuam ſuæ potentiæ & virtutis p… pro
obedientia, quam Patri præſtitit?* N.

XII. *An ad eſſentiam hominis requiratur, ut ſit perſo… ha-
beat ſuam peculiarem ſubſiſtentiam vel perſona…*

III. PONTIFICIOS.

I. *An Bellarminus Doctorem Brentium potuerit accu… ſmi,
quòd dixerit, Filius Dei aſſumſit filium hominis …*

An